



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


**S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

S. Antoninus Archiep. Fuga otii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)



## S. ANTONINUS ARCHIEP.

### Fuga otii.

Sancti ANTONINI , Domine , cuius  
erudimur exemplis & doctrinis, meri-  
tis etiam adjuvemur; ut sicut te in illo  
mirabilem prædicam̄s, ita in nos mi-  
sericordem fuisse gloriemur.

Ora pro scriptoribus sacris.

**A**NTONINVS, honestissimis parentibus Florentiæ natus, an. 1389; Religionem Prædicatorum amplexus est, ætatis 6. In hac omnes fere scientias nullo Magistro didicit, tam excellenti erat ingenio: mirabiliter tamen eluxit in eo accuratissima legum observantia, cum integerrimâ virginitate conjuncta, cui conservandæ acres corporis afflictiones adhibebat. Otii fugientissimus, post brevem & incommodum somnum, iugi vacabat orationi, lectioni aut scriptiori, unde extiterunt tam multæ tamque egregia lucubrations, quibus apud omnes celebratur. Post varias in Ordine Præfecturas, coactus ab Eugenio IV est Archiepiscopales suæ patriæ insulas suscipere an. 1446; eaque sic gessit, ut an. 1459, 2 May mortuum, multisque miraculis clarum, Adrianus VI canonizariit 1546. Corpus de loco primæ sepulturæ elevatum, & solennissima pompa translatum fuit, 9 May 1589. Innocentius autem XI 1684, die 10 coli tota Ecclesia Sanctum jussit.

*Multam malitiam docuit otiositas.* Ecc.

44.